

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XX

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

vaces esse cordis extracti vivacitas ostendit. Testatur Robertus Constaninus, sese Basileæ exenterati Salmonis cor, aquosa aspersum sanie, ultra diem vivere conspexisse. *Turdorum* aliquot sunt species. Quidam veluti Apophyses habent è mento dependentes, cutaceas subflavi coloris. Toti aureo magna ex parte, item amethystino, cæruleoque magna ex parte variant. Oculi maximi sunt, quorum auream pupilam circulus ambit niger, nigrum rursus aureus, aureum cæruleus, hunc iterum aureus, ac tandem niger alius omnes ambit. Pinnæ ad branchias aureæ omnino sunt, pectoris vero totæ cæuleæ, præter earum nervos, qui aurei sunt. Quæ vero ab ano est, item quæ in dorso ac cauda, qua uropygio junguntur, aureæ sunt; sed maculis parvis sanguineis respersæ, cætera cæuleæ.

## CAPUT XX. DE TORPEDINE & THUNNO.

**D**E *Torpedine* nil habeo quod dicam, nisi quod torpore manus afficiat: hincque illi nomen. Id autem tam efficaciter, ut priusquam capiatur per rete vel arundinem id afficiat. Hoc astu usâ, limo & cano obducta venatur pisciculos. Mirum. *Plut. l. i. Vranim.* *Thunni* quamvis in pluviniis capiantur locis: circa Byzantium tamen maxime. Nam postquam Cyaneas insulas attigerint, transierintque ex ripa Chæcedonia, albicans occurrit petra quædam, tantumque bestiis ipsis incurrit terroris, ut è vestigio in ulteriorem convertantur ripam: quas cum præceps aquarum cursus corripiat, & innata locorum aptitudo maris fluxum ad Byzantium cornuque Byzantii deflectat, & eo naturæ impetu propellat, in insidias incidere mirum non est. Alias generatio illorum in Mæoticis sic paludibus. Inde cum medicum increverint, erumpunt grege facto per os ipsum, ac propter litus Asiaticum

P I S  
 em usque ad Trapezu  
 rapulæ ac frigora,  
 dem, in profundis  
 sâ, qui Melas cogit  
 sâ piscibus alendis id  
 usque tempus crescit  
 videtur: nam *Plinius*  
 em, ut secundo fluc  
 em, ut alter intrare, al  
 nam *Aristoteles* em  
 nes cum subeunt, t  
 use admovet; qu  
 nor, quia dextro  
 ho hebetus. No  
 mphylli variis apud  
 ne ad stipulat am  
 sâ *Lucæ* testat  
 lica, altera *Thunnus*  
 ma inscriptione P  
 in profunde, ut fom

C A  
 DE VE  
 &

[*Ranocopus* piscis e  
 vivax, inquit *Bell*  
 sâ, nihilominus  
 sium voracissimus.  
 em habet, qua pisci  
 se ad dormine vel id d  
 tatis, eo usque vesca  
 ipsum os redandet.  
 est, brevis tamen &  
 sâ ossis, durior,  
 usque nonnunquam  
 genatur magnitudine  
 sâ ad sesquipalmu

cam usque ad Trapezontem excurrunt. Quia vero tempestates ac frigora, unde oculi eorum hebetantur, oderunt, in profundissimo quodam Thracii maris recessu, qui Melas cognominatur, ac loca cava & cœnosa piscibus alendis idonea fovet, morantur, ad verumque tempus crescunt. Ventorum flatus intelligere videntur: nam *Plinius* testatur, operiri eos Aquilonem, ut secundo fluctu exeant è Ponto. Pontum autem aliter intrant, aliter exeunt. Dextrorsum enim secundum *Aristotelem* l. 8. *Hist. c.* 13. terram contingentes cum subeunt, remeant contra; lævum enim in lævum se admovent; quod propterea facere (inquit) dicuntur, quia dextro oculo clarius vident sua natura, lævo hebetius. Noctū eos proficisci antiquissimum *Amphylliatis* apud *Herodotum* testatur oraculum. Hinc ad stipulatur antiquissimus nummus, qualem se vidisse *Luteria* testatur *Bellonius*; in quo altera parte Spica, altera Thunnus conspicietur, & super hunc Luna inscriptione PHILLIPENSE. Dormiunt tam profunde, ut somno obruti capiantur.

CAPUT XXI.  
DE VRANOSCOPO,  
& XIPHIA.

**V**ranoscopus piscis est solivagus carne vescens adeo vivax, inquit *Bellonius*, ut si internis omnibus spoliis, nihilominus adhuc moveatur: est omnium piscium voracissimus. Apophysin extra os propendentem habet, qua pisciculis struit insidias. Infatiabili esse abdomine vel id declarat, quod si cibum illi objeceris, eo usque vescatur, donec cibum exaggratus, ad ipsum os redundet. Xiphia utraque maxilla rostrata est, brevis tamen & triangularis inferior, superior magis ossea, durior, multoque longior, bicubitalis namque nonnunquam. In Oceano Indico in tantam augentur magnitudinem, ut validissimarum navium latera ad sesquipalmm aliquando perforent, *Iovius*. Gesne-